

et hoc quia non sunt perfecta congregacione omnium bonorum, quod ad bonum beatificum spectat ut patet ex diffinitione beatitudinis supra posita prosa secunda.

[III m 8]

HEU QUE MISEROS metrum octayum<sup>u</sup> quod est commixtum ex Asclepiadeo coriambico (de quo dictum est supra libro secundo metro septimo) et iambico Archilochico dimetro, de quo dictum est supra libro secundo metro septimo. In hoc autem metro plangit errorem hominum qui in inquirendo<sup>1</sup> minima bona callent prudentia sed inquirendo summum bonum in quo est beatitudo abducuntur ignorantia. Et circa hoc duo facit. Primo enim errorem hominum ut dictum<sup>2</sup> est plangit. Secundo imprecatur ut tediati falsis bonis redeant ad verum bonum ibi (19) QUID DIGNUM. Dicit ergo (1) HEU interieccio dolentis et est dissillaba propter metrum QUE IGNORANCIA ABDUCIT MISEROS DEVIOS scilicet a vero<sup>u</sup> bono TRAMITE id est via<sup>u</sup> transversa que trahit a via publica quasi diceret mirandum quod errant per ignorantiam circa summum bonum cum tamen circa parva<sup>u</sup> bona non errent, unde subdit (3) NON QUERITIS AURUM IN VIRIDI ARBORE NEC GEMMAS id est lapides preciosos CARPITIS IN VITE, (5) NON ABDITIS id est absconditis LAQUEOS scilicet pro captura

-----  
 1. inquirendo JO querendo R acquirendo P / 2 dictum RO om. J  
 (hominum ut dictum est om. P) /

piscium ALTIS MONTIBUS (6) UT DITETIS DAPES PISCE (7) NEC SI  
 MOBIS LIBEAT id est placeat SEQUI scilicet <sup>u</sup>venando CAPREAS (8)  
 CAPTATIS VADA TYRRENA id est Tyrreni maris. Capria secundum  
 Ysidorum Ethymologiarum 12. capitulo de iumentis et pecoribus <sup>u</sup>est  
 agrestis capra quam, quia acutissime <sup>u</sup>videt, Greci pandoram <sup>3</sup>  
 appellaverunt. <sup>u</sup>Morantur autem capre in montibus excelsis et quamvis  
 de longinquo <sup>u</sup>videant tamen omnes qui <sup>u</sup>veniunt. (9) QUIN ECIAM NORUNT  
 scilicet homines IPSOS RECESSUS ABDITOS id est absconditos FLUCTIBUS  
 EQUORIS, (11) QUIN ECIAM NORUNT scilicet homines <sup>4</sup>QUE UNDA FERACIOR  
 scilicet est NIVEIS GEMMIS id est margaritis (12) VEL QUE scilicet  
 unda sit feracior RUBENTIS PURPURE id est conchiliorum <sup>5</sup>quorum  
 sanguine fit purpura (13) NEC NON scilicet norunt homines QUE  
 LITORA PRESENT id est habundent TENERO PISCE VEL ASPERIS ECHINIS  
 echinus secundum Ysidorum Ethymologiarum libro 12 capitulo de  
 piscibus <sup>u</sup>est parvus et semipedalis pisciculus. Nomen sumpsit quod  
<sup>u</sup>navem adherendo retineat. Ruant licet <sup>u</sup>venti irruant procelle <sup>u</sup>navis  
 tamen quasi radicata in mari <sup>6</sup>stare <sup>u</sup>videtur nec moveri non  
 retinendo sed tantum adherendo. Hunc Latini moram <sup>7</sup>appellaverunt  
 eo quod cogat stare <sup>u</sup>navigia. Dicit autem commentator quod est in  
 modum <sup>u</sup>hericii asperimus ad edendum satis <sup>u</sup>suavis. Ita ergo sunt  
<sup>u</sup>

a XII i, 15 <sup>u</sup> ~~XII~~ vi, 34

-----  
 3 pandoram GPe pandoram P dorcam R pondoram JO / 4 scilicet  
 homines RO homines PJ / 5 conchiliorum RPO conchiliorum J /  
 6 mari RPO mare J / 7 mora <sup>m</sup>R moron JO mero P /

homines prudentes circa ista minima (15) SED QUONAM LAETAT BONUM  
 QUOD CAPIUNT bonum scilicet beatificum (16) NESCIRE SUSTINENT  
 CECI scilicet existentes (17) ET QUOD ABIIT TRANS POLUM STELLIFERUM  
 id est bonum rationis quod est beatificum et transcendit omne corpus  
 dignitate (18) DEMERSI TELLURE PETUNT id est oppressi cecitate  
 ignorancie querunt in terra illud<sup>9</sup> quod est supra celos. Deinde  
 cum dicit (19) QUID DIGNUM? imprecatur hominibus tedium falsorum  
 bonorum ut per hoc redeant ad <sup>u</sup>verum bonum. Unde dicit QUID DIGNUM  
 STOLIDIS MENTIBUS scilicet hominum IMPRECER? quasi diceret nichil  
 aliud nisi istud<sup>10</sup> (20) AMBIANT id est ambire permittantur OPES  
 HONORES et cum<sup>11</sup> huiusmodi ambierunt (21) PRECOR UT CUM GRAVI MOLE  
 id est tediosa sollicitudine et onerosa FALSA PARAVERUNT (22) TUM<sup>12</sup>  
 id est tandem tedio ducti COGNOSCANT VERA BONA. Imprecatur autem  
 hic Philosophia non ex malivolencia sed ex benignitate et ideo<sup>13</sup>  
 non optat ut permaneant in desiderio temporalium bonorum sed magis  
 ut illud desiderium sit eius tamquam medium perducendi ad <sup>u</sup>verum  
 bonum nec imprecatur huiusmodi cupiditatem <sup>u</sup>vel ambicionem hominibus  
 adesse sed<sup>14</sup> ut quibus adest<sup>14</sup> per hoc ad bonum adducantur.

-----  
 8 beatificum RPO beneficium J / 9 illud JO id RP / 10 nisi istud  
RPO istud J / 11 cum RPO tum J / 12 tum RPO tunc J / 13 et ideo  
PO et R ideo J / 14 sed ut quibus adest RPO om. J /